



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 83. Budensis Purpuratus a Christianis captus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

furdas pulsaret aures, die vigesima Sæc. XVII.
 octava Junii noctu quindecim millium A. C. 1602.
 exercitum admovit, initoque prælio
 hostiles cohortes profligavit, cælis
 Transylvanorum, Tartarorum & Turca-
 rum tribus millibus, ipse autem Moses
 propudiosa fuga ægre salutis suæ consu-
 luit. Hac strage territus Bathorius
 ipse tertio post die ad Basta venit,
 ac de Mosis perfidia se purgans Millen-
 bachium unacum Basta contendit, ibi-
 demque Transylvaniæ Principatum rur-
 sus Cæsari cedens, se totum ejus cle-
 mentia permisit.

§. LXXXIII.

*Budensis Purpuratus a Christianis
captus.*

Interea bellum in Hungaria vario Mar-
 te gestum est; quippe ineunte Mense Panon. l. c.
 Aprilis Altheimius arcem prope Visebur- fol. 270.
 gum sitam obsidere cœperat, exorta ta- Mercur. l. c.
 men Hussaros inter & Germanos dissen-
 sione erumpentes Turcæ cæsis plusquam
 nongentis, Cæsareos ad solvendam obsi-
 dionem compulerunt: sequenti autem
 Mense Haiducci, qui Jaurini & Comor-
 ræ præsidia agebant, feliciori Marte
 contra Turcas pugnabant. Hi dum
 sexaginta circiter Turcas secum captos
 abducere parant, certiores fiunt, quod
 Ali

Sæc. XVII.
A. C. 1602.

Ali Budensis Bassa olim Canisæ Prefectus unacum Panquero Apostata secundo flumine ad Vesirem excipiendum descendere pararet: hunc ergo viginti milliaribus infra Budam adoriuntur moxque quatuordecim suorum occidunt Purpuratum cum ingenti præda Janinum abducunt, Panquero autem, qui desperatione in rabiem versa se dedere renuebat, detractis vestibus & annulo caput abscindunt, illudque in Danubium projiciunt. Bassa quæstione tributa confessus est, quod Turcarum Imperator hoc anno Hasanam Purpuratum cum ingenti Janissarorum manus missurus esset, jamque hujus exercitus pars Belgradum pervenisset, ac proxima foret non modo Strigonii sed & Albæ Regalis obsidio, in opem advocata maxima Asiatici exercitus parte conductisque Tartarorum octoginta millibus. Præterea asserebat, Budam non modo sex millium præsidio, sed omnino necessario apparatu, præterquam annuæ firmatam, Pestam quoque valido præsidio munitam esse.

Thuan.
l. 127.

§. LXXXIV.

Alba Regalis a Turcis recuperata.

Reva de
Monarch.
Hung. cent. 6.
Mercur. l. c.

His rebus a Bassa cognitis exploratoque Vesiris Hassanæ adventu Martius